



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

19 De bonis adquisitis matrimonio constante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

CAPVT XIX.

Adnotantur aliqua de bonis adquisitis matrimonio constante.

S Y M M A R I A.

- 1 An ex titulo contracte societatis transeat Dominium absque traditione: & quid de possessione?
- 2 Quo pacto adquisita matrimonio constante acquirantur pro parte dimidia vxori quo ad dominium, & possessionem?
- 3 Intellectus Regie & Taurine constitutionis 53. de Dote data filia à patre, soluto matrimonio, an censatur data de adquisitis matrimonio constante?
- 4 De curiamis, & publicis officia matrimonio constante acquisita, communicantur vxori quo ad estimationem.
- 5 In Patronatus ecclesiasticum matrimonio constante à marito acquisitum, communicatur vxori.
- 6 De curiamis & similia officia empti à patre filio, imputantur in legitimam, & conferuntur quo ad estimationem.

Contracta inter duos omnium bonorum societate Tabaque villa traditione, dominium omnium rerum, quae tempore contractus erant acquisita, communicantur. text. in l. 1. §. vltim. & l. 2. ff. pro socio. Regia l. 46. titulo 28. part. 3. facit l. 6. titulo. 10. part. 5. traditur frequentissimo omnium consensu in l. traditionibus. C. de pactis. Quin & earundem rerum possessione absque traditione transferuntur: sicuti cenet gloss. in l. opinione, in dicta l. 2. & inibi Richard. Iacob. de Aren. Reiner. Bart. & Alberic. idem Alberi in l. sequenti. Bald. & Fulgos. in l. 1. eodem tit. quorum Opinio Communis est. In his tamen bonis, quae post contractam societatem per alterum ex sociis acquiruntur, non acquiruntur nec dominium, nec possessione alteri socio, tametsi lege societatis sint inter eos diuidenda. text. optimus in l. si quis societatem. ff. pro socio. quam differentiam expressim adnotat Roderic. Zuarez in l. 1. tit. de adquisitis matrimonio constante libro 3. For. versal. queritur vltimus, virum in meliore. folio 23. column. 1. & Alberic. in d. l. 1. §. vltim. & Fulgos. ibi dum scribit, nihil esse impossibile respectu rerum praesentium, tametsi loco praesentium vitio excusoris, ac Typographi, sit absentium. idem tenet Bald. satis in specie in eadem l. 1. §. 1. ex quibus ni fallor, ita est accipienda sententia gloss. in dicta l. 2. quam & authoritas Odofredi confirmat, quin d. l. 1. §. vltim. eadem distinctione vitur, & his non citatis Andreas Tirraquellus idem tradit ita distinguens in tractat. de constitut. 2. part. ampliation. 30. num. 6. & 8. nam etiam actus in eundem societatis habeat vim constituti, & idem recipiat bona praesentia, & futura. l. 3. §. cum specialiter. ff. pro socio. ita tamen est interpretandus, vt bona praesentia, & item futura nomine societatis quae sita vtrique quo ad dominium & possessionem querantur: bona vero futura quae sita nomine proprio communicanda sint: non tamen ipso iure absque traditione socio querantur: cuius nomine non fere titulo emptiois, aliove habita. l. societatem vniuersorum. l. si fratres. §. socium vniuersa. ff. pro socio. cum satis sit, adum in eundem societatis habere vim constituti, & fidei traditionis quo ad bona praesentia: ne dentur duae fictiones, alioqui si actus societatis vim habet taciti & fidei constituti, & demum bona futura quo ad eundem effectum contineat: quod est contractum in l. 1. C. de dote promissione. vbi prohibuitur est plures in eadem re fictiones constitui. Sic tandem est intelligendus textus in d. l. 2. quamuis Ioan. Lupi. in rubric. de donationibus inter virum & vxorem. §. 66. num. 24. Chassan. 4. in consuet. Burg. rub. 4. §. 2. versal. sunt ergo. nu. 6. adnotauerit ex gloss. in d. l. 2. etiam adquisita per alterum ex sociis post contractam societatem communia ipso iure vtrique fore quo ad dominium & possessionem. ad idem citat dictam glossam Didacus à Segura in tractat. de bon. lucr. consuet. matrimon. nu. 44. quod quidem nec à gloss. deduci vere potest, nec iure receptum est: nisi dixerit id lege Regia probari titulo 28. l. 46. part. 3. quam adducit ad hanc questionem idem Ioan. à Lupi. §. 65. numero 11. ex qua nihil de possessione statuitur. licet expressim quo ad dominium probet, vtrique socio acquiri in rebus adhuc post contractam societatem per alterum proprio nomine quae sita. eandem vero constitutionem & de possessione intelligit Rodericus Zuarez in dict. l. 1. versal. queritur vltimus. ad finem. & profecto ratione societatis ita intelligi aequum est: ex quibus quantum ad matrimonii societatem inferuntur: Primo, ex lege aut consuetudine, quae inter virum & vxorem communia esse statuerit omnia bona, etiam quae tempore contractus vir & vxor obtinebat, dominium

& possessionem vxori acquiri statim matrimonio contracto parte dimidia omnium rerum, quas maritus tempore contractus iure dominii possidebat. Secundo inferuntur iure Caesare inspecto, & stante lege, quae adquisita, matrimonio constante communia viro & vxori esse censent: omnia bona, quae nomine societatis, & sic viri & vxoris fuerant empti, aliove titulo quae sita: quoad partem dimidiam eorum, tam iure dominii quam possessionis ad vxorem pertinere. Tertio deducitur in eadem specie, rem à marito constante matrimonio proprio nomine quae sita, si leges Caesareas, & communem resolutionem sequamur, nec quo ad dominium, nec quo ad possessionem, etiam dimidia partis vxori acquiri: licet inter eam & maritum res eadem sit iure communionis diuidenda, & communicanda. quod expressim notat Anch. consil. 102. num. 6. incip. Quae sita est talis. nec tamen per hoc licet marito libere res istas matrimonio constante quae sita, alienare: sed tunc demum cum id fecerit ex causa absque fraude & dolo, iuxta leges Regias ac municipales & consuetudines, quod tradit Ioannes Lup. in d. §. 66. n. 24. & 25. d. 4. tit. lib. 5. ordm. [hodie l. 5. tit. 9. lib. 5. Recop.] & l. 205. inter Styli leges. & praeterea Baldus consil. 235. lib. 2. licet inibi sentiat contrariam eius, quod in hac tertia illatione asseuerauimus: & idem teneant Ioan. Lupi. Chassa. Didacus à Segura, & Rodericus Zuarez. Quarto ex praemissis constat, iure Regio Partitarum posse defendi sententiam Bald. in d. consil. 235. Ioan. Lupi. Chassangi, Didaci à Segura, & Roder. Zuarez in praecitatis locis scribentium, dominium rerum à marito adquisitarum matrimonio constante in vxorem quoad partem dimidiam transferri absque aliqua traditione. Hoc etenim ad similitudinem societatis contracte poterit ex l. Regia 46. adnotari [hodie l. 6. tit. 10. lib. 5. Recopil.] quin idem erit quantum ad possessionem: sicuti asserit Segura, & sensere Ioan. Lupi. Rodericus & Chassangus, dum ad hanc questionem adduxere gloss. in d. l. 2. ff. pro socio. quae in domino, & possessione loquitur. Nec oberit quod lege Regia [hodie l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopil.] maritus potest alienare absque consensu vxoris res integras, & adquisitas quidem per eum matrimonio constante, quarum dimidia pars vxori competit ratione comuniois, quia haec comunio inter virum & vxorem quo ad adquisita matrimonio constante non est proprie in actu, sed in habitu, & credito, siquidem ipse maritus est in actu dominus propter auctoritatem administrationis, & alienandi potestatem quam habet non sane absolutam, cum absolute dominus non sit, sed tantum ad onus comuniois, quae est inter ipsum & vxorem, aut saltem ex aliqua causa, quae praesumptionem doli & fraudis excludat, nec ea alienatio ei permittitur in vltima voluntate, sed tantum inter viuos, vnde haec comunio, soluto matrimonio, ipso iure exit in actum, & in veram atque actualem dominii, & possessionis societatem. sicuti eleganter explicat Carolus Molingus in consuetud. Parisien. §. 25. colum. 1. ipso vero matrimonio constante isthaec comunio quo ad dominium & possessionem quodammodo est impropria & impedita propter administrationem marito competentem, quae non est prorsus libera, sed quemadmodum dictum est, intra limites quasdam continetur: quos excedere & transgredi minime valet.

Ex his plura deduci poterunt, quae hic libenter omittimus, propter varias causarum species: & praesertim ex eo, quod facillimum sit post hanc resolutionem recte intellectam & Regiis constitutionibus diligenter examinatis: multa adnotare, quae ad praxim vtilia sint quo ad alienationem adquirentium matrimonio constante marito permittum. Illud vero non est praetermittendum, quod ratione huius societatis & oneris ad eam spectantis, Taurina tunc constituto statutum est. c. 53. [hodie l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil.] Dorem à solo marito, constante matrimonio promissam, aut datam filiae, & donationem propter nuptias filiis pertineat ad onus ipsius societatis, saltem quo ad hunc effectum, vt data vel promissa hoc titulo etiam à solo patre in dubio censentur promissa, & data ex bonis viro & vxori communibus, & ea ratione ex eis soluenda, atque deducenda. id est alia ratione probatur. etenim onus illud constituendi dote filiabus & do-

Z. Z. natio

nationem propter nuptias filiis, contractum est matrimonio constante: veluti debitum quoddam ari alieni: quod satis manifestum est: & tamen *Debita* omnia matrimonio constante contracta omnino soluenda sunt & deducenda ex his, quæ acquisita fuere tempore ipsius societatis conjugalis: quemadmodum cautum est l. 1. q. 1. tit. 20. lib. 1. Fori. l. Styli 207. l. 59. Tauri. [hodie l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop.]. passimque id receptum est, & iure societatis maximam æquitatem habet: cum damna & commoda utriusque locio communicentur. l. si non fuerit. §. Aristo ff. pro socio. nam & apud Gallos idem moribus obtentum extat, sicuti constat ex Chassanæ. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 9. m. 1. & sequentibus. atque ita hæc rationem esse, quæ locum fecit Taurinæ constitutioni 53. [hodie d. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop.] asserit & probat Ioannes Lupi. in rubric. de donationibus. §. 66. num. 7.

Ex quo inferitur quid dicendum sit, ubi Pater soluto iam suo matrimonio, filia dotē dederit, aut promiserit: an ea data censetur, vel promissa ex bonis acquisitis constante matrimonio inter eum, & uxorem defunctam matrem ipsius filia, quæ nuptiis traditur? etenim quibusdā visum est, eam dotem deducendam, & soluendam fore de bonis ipsius patris, non de bonis acquisitis matrimonio constante. quod potissime probatur ex l. vltim. C. de dotis promiss. & ex eadē Taurina constitutione, argumento sumpto à contrariis sensibus: dum dicit lex, durante matrimonio: quasi secus sit cum eo soluto pater filio, aut filia, dotem vel donationem propter nuptias dederit aut promiserit. Etenim ea datio, aut promissio facta præsumitur de bonis ipsius patris: non de bonis filiorum d. l. vltim. res autem matrimonio constante acquisita, eo soluto statim quo ad partem dimidiam inter bona filiorum & hæredum vxoris numerantur: atque ideo ex eis non debet censi constituta dos. Contrarium tamen in praxi frequentiori iudicio suffragio receptum est, ut tandem, si pater matrimonio soluto, filio aut filia eiusdē matrimonii donationem propter nuptias dederit, aut promiserit, dotem ve constituerit: ea datio & constitutio facta præsumatur ex bonis illo matrimonio constante quæ sitis potius quidem, quam ex bonis propriis ipsius patris. Quod probatur ab eadem ratione Regiæ constitutionis, quæ onus respexit ipsius societatis, & communionis conjugalis, processit etenim onus hoc dotem constituendi filiabus, & donationem propter nuptias filiis ab ipso matrimonio, quo constante filii fuere progeniti, quamobrem etiam si his filiis dentur donationes & dotes matrimonio soluto: ea tamen datio quædam est solutio debiti legalis contracti quidem matrimonio constante, & eius causa: sic sane post huius operis primam editionem video hanc opinionem probatam fuisse à diligentissimo simul & eruditissimo Gregorio Lopez in doctissimis ad partitarum leges commentariis in l. 6. tit. 10. part. 5.

Ceterum in contractu hoc sæpissime & illud queritur: an decurionatus, publica munera scribæ & trbellionis officia empta matrimonio constante à marito, sint communia lege Regia, ipsi & vxori? & profecto videtur, non esse hæc officia vxori communicanda: primo quia vxor est incapax horum munerum, nec ea potest iure obtinere, nec in his Reipublice seruire. quod manifeste constat. ergo horum officiorum partem habere non potest. Siquidem Regia lex, quæ in hac re statuta est, & dicitur acquisita matrimonio constante communia esse viro & vxori, intelligenda est modo vxor capax sit acquisitionis, & rei, quæ fuerit à marito acquisita iuxta l. 1. & ibi notata. C. de sacrosanct. eccles. Deinde & secundo eadem opinio autoritate probatur. Nam eam expressim asserit Gulielmus Benedictus vir non leuis autoritatis apud Gallos in his, quæ ad forenses pertinent controuersias, inquam, in cap. Raynuius de testam. in verb. Et uxorem nomine Adelasiam. numero 787. ita hoc probat, ut etiam asseueret, nec utilitatem, nec estimationem horum officiorum & munerum communicandam fore ipsi vxori, nec ea mortua eius heredibus. idem tenent Chassa. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 2. versic. additio ista consuet. munc. 5. quibus suffragatur, quod hæc munera & officia publica empta à patre cuidam ex pluribus filiis, nec cum fratribus mortuo patre communicantur, nec imputantur in legitimam, etiam quo ad estimationem, sicut visum est Nicolao de Vbald. in tract. de success. ab intestat. colum. 10. & Gulielm. Benedict. in d. c. Raynuius. in verb. duas habens filias. numer. 62. quia officia ista non transeunt in heredes, nec vendi possunt absque licentia

principis: qua ratione eorum venditio impossibilis censetur. Lapud. Iulianum. §. si constat. ff. de legat. 1. Vnde deducitur, hæc publico officio empta aut matrimonio constante acquiritur ad estimationem eorum.

Ego vero contrariam sententiam censeo iure veteriore esse in hunc sensum, ut decurionatus officium, & similia, quæ fuerint per virtutem matrimonio constante acquiritur, quæ tum ad eorum iustam estimationem vxori esse communia & pro parte dimidia eidem competere. Hoc probatur ex eo quod hæc officia empta sint pecunia communi viro & vxori: & ideo æquissimum est, ea quoad estimationem viro & vxori esse communia: alioqui liceret maritis mille fraudibus uti aduersus vxores ad effugendam acquisitionum matrimonio constante communionem; quæ veteribus huius regni moribus inducta fuit, pluribusque regis constitutionibus matura, & præuia deliberatione hæcenus est stabilita. Non obstantem quæ in prioris sententiæ comprobatione adducta fuere, & adduci solent. Primum etenim nihil impedit posterioris opinionis praxim, quod isthæ officia publica indiuidua sint. Nam & in indiuiduos cōmuni viro & vxoris locum obtinet siquidē marito adificante ecclesiam matrimonio constante, & ex ea causa, aut alia acquirente ius patronatus & ecclesiastici ius istud est etiam vxori commune. habetque in eo vxor partem indiuidui soluto matrimonio iusque præsentandi, & idem in eius heredes transmittit: sicuti censet Ioan. Lup. in rubric. de donat. inter viros. & vx. §. 61. n. 23. Et tamen ius hoc patronatus indiuiduum est, text. in c. 1. de iure patron. vbi gloss. in c. pia mentis. 16. questio. 7. tex. in l. quædam mulier. ff. famul. heredit. l. Cornelia. ff. de iure patronat. l. item quo ad substantiam: licet quoad præsentandū ius, & eius exercitium sit diuiduum: quemadmodum probatur in Clement. plures de iure patronat. tradunt Bald. in cap. quanto de iudic. Card. in d. Clement. plures. colum. 3. Rochus Curtius de iure patronat. in verb. ius. quest. 6. Sic & in aliis indiuiduis, quæ vendi & estimari possunt, vxor partem dimidiam habebit. Item non obest, quod vxor capax non sit huius muneris publici: id etenim procedit, quo ad ipsum officium, non quo ad eisdem officii estimationem. Deinde cum facillime à principe soleat impetrari licentia vendendi hæc publica munera, eorum venditio possibilis est censenda, quod in d. §. si conu. satis probatur: quem ipse ita intelligendum esse ostendit in Epitome de sponalibus in 2. part. cap. 3. n. 8. Multo minus nocet posteriori sententiæ, quod vltimo loco adducebam de his officiis non imputandis in legitimam nec conferendis: quia illud falsum est respectu estimationis iuste, quæ quidē & in legitimam imputatur, & etiam confertur ex eo quod isthæ officia soleant facili principis licentia vendi. Vnde licet Imperator in l. omnimodo. §. imputari. C. de iustific. testam. rel. sponderit, hæc & similia publica munera, & Militias in legitimam esse imputandas, eo quod vendantur, & ea ratione sensum insinuet, munera & militias, quæ minime vendantur, non fore in legitimam imputandas: attamen paria sunt quod militiæ vendantur, & vendi libere possint: & quod facili licentia principis vendi soleant, & hoc sensere Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de collat. honor. Bald. & Paul. Castren. in d. d. §. imputari. scribentes, officia publica & militias quæ ex communi vsu non venduntur, nec vendi possunt sine licentia principis, non esse imputandas, nec conferendas. Quasi hi Doctores aliud forent responsum de militiis, quæ facili licentia principis vendi consueuerint, & in specie quod publica officia, quæ vendi solent facili licentia principis, conferenda sint & imputanda, quoad earum estimationem: tenent Ia. in l. l. iud. Cod. de collat. numero 6. & Franc. à Ripa in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. n. 163. quibus tandem probatum erit, estimationem & decurionatus, similiaque & munerum acquisitionum matrimonio constante per matrimonium communicandam esse omnino vxori, quod in hoc Regio Prætorio sententia iudicum quandoque obtentum fuisse certo scio.

[Verū an horum munerum venditio à Principe, vel eius consensu iuste fieri possit, debium quibusdam & multis non temere, videri poterit. Nam auctore Lampyridio Alexandr. Alexand. Seuerus, nufquam passus est iuris & gladii honores vendi: dicens necesse esse, ut qui emit, vendat & Anastasius Imper. Theodoro lectori libro. 2. histor. eccles. magistratus qui venales erant & pretio dabantur, gratis dedit. D. tamen Thomas ad Brabantia ducem, eam vendi-

ventionem licitam esse censet modo dignis & idoneis ca-
 sas, & co pretio quo exactiones iniquae vitentur. Probat Bal-
 l. Baratus. col. 2. l. 1. de offic. prator. Benedict. in c. Raynuius, verb. duas
 habem. fil. d. num. 5. Soto de iustitia & iure. lib. 3. q. 6. art. 4. Nauar. in
 manual. l. 15. vers. 8. idem Nauar. in extrauag. Gregor. XIII. de datus
 & promiss. num. 43. Leges etenim huius Regni de priuatis tra-
 ctantur, his huiusmodi venditiones interdicit: conueni-
 tia tamen cum illis agitur, ita vt hic promissum ceteri pos-
 sit, modo id fiat salua semper Regiae potestatis autoritate.
 De his tamen militibus & militis agimus, quae vel officia
 vel ministeria publica sunt, & a Principe, vel eius autori-
 tate profertur, & cohaerent personis his, quibus dantur,
 & earum morte finiantur, & ad ius Principis vacatione re-
 deunt. Quae quidem vacatio a Iustiniano casus militiae di-
 cetur, in nouell. 35. quae est de exhiben. reis. §. si vero semel. vers. primum
 nouell. apud Iulianum nouell. 47. c. 5. & apud eundem nouell. 40.
 cap. 4. alias 97. quae extat tit. de aequal. dot. §. his consequens. vers. quia ve-
 ra. Sic plane militiae casus doctissimus Accursus intellexit
 rat. in d. vers. quia verbo pertinente, & in dicto vers. 1. verb. eo casu. Idem
 scripsit Alber. in dictione. verb. casus. dum asserit in iure verbum
 casus, amissionem significare. Idem Accursus in auth. de non alie-
 nand. §. quomodo vero cognouimus. vers. casus. nam & ibi Graecae
 nouellae verba *επιμαχίας εν τω τοιοῦτο*, vetus interpres pretiorum Ca-
 sum translulit, sicut in d. vers. Quia vero quae Graecae *επιμαχίας*
 scripta sunt, idem vetus interpres casu prouenien-
 te translulit. Sed & in Auth. de sup. §. miores. nouell. 22. Graecae
 scripta *επιμαχίας εν τω τοιοῦτο*, latine idem interpres reddidit,
 quae ab eo data sunt, nempe dotis, aut propter nuptias dona-
 tionis casum: Quo in loco rursus idem Accursus casum
 amissionem interpretatur. Et quamuis Lelius Taurinus de
 militibus, ex casu aliter senserit: sic casum militiae intellexit
 Conan. lib. 4. c. 15. Ludouic. Charond. lib. 1. vers. similitum. cap. 14. &
 Anton. August. in l. Iuliani nouellarum epitomen. verb. cadere. Nam he
 militiae ita ex eorum, qui ipsas habent, pendere regulariter
 videntur, vt si casus, vel mortis, vel alicuius infortunii ac-
 cidat, qui liberam disponendi facultatem renunciatione a-
 hiove modo competentem auferat, ad Principis nutum re-
 deant, & velut caduca censeantur: Graecae siquidem nouel-
 lae, non appellauit militiae quaedam ex casu, neque ex ca no-
 tati potell ita appellatas fuisse. Sed de militiae tractat, quid
 agendum sit, quoties qui dicitur casus acciderit: vt iur
 Graecus author hoc dicendi modo, quasi coacta dictionis
 latinae mentione. Et quamuis ex Iuliani nouella 47. cap. 5. Cuiac.
 in nouell. 35. & 53. & l. 3. §. si quid minori. ff. de minorib. existimauit
 casum militiae dici id, quod pro militia iam caduca, haeredi-
 bus aut filiis defuncti militis ex placito scholae militarium,
 vel beneficio Principis dabatur. Et hoc ipsum Petro Pythego
 placuerit in epitome Iuliani, dictione casus. Quibus suffragari vi-
 detur. l. vlti. c. de pignor. l. omnimodo §. imputari. c. de inoffic. testam. l. si
 quis in sacris, c. de proximis. sac. ser. lib. 12. existimo tamen doctis-
 sima Cuiacium non discessurum ab ea interpretatione,
 quam ex Accursio tradidimus, ex eo prelestum, quod is ipse
 in l. de domes. & pignori. pares fecerit militiae & dotis
 casus, ex Auth. de aequal. dot. vers. quia vero, paulo ante a nobis citato.
 Quae vero militiae Palatinae, aut muna, aut publica officia
 potuerint olim iure Caesareo vendi, aut pignori dari, ex
 multis Caesarum & Iuriscultorum responsis, tradidere
 praeter ordinarios iuris interpretes late Conan. d. c. 15. Cha-
 randas nu. 14. Balduin. in ad. de pignori. cap. 12. & Cuiac. in nouell.
 35. Ex quibus multa poterit lector in huius Regni publica
 muna inducere.]

CAPVT XX.

De meri & misti Imperii, ac iurisdictionis delegatione.

SVMARIA.

1. Causa meri & misti imperii, an iure Pontificio possint delegari?
2. De delegatione causarum criminalium quae ad merum imperium perti-
 nent: & ibidem intellectus capitul in archiepiscopatu de raptoribus.
3. Intellectus cap. quod sedem ff. de offic. ordm. & c. aqua de consecrat. ecclsi.
4. Episcopi & vicarii praetores, vicarios constituere possunt ad ciuilia & cri-
 minalia negotia.
5. Intellectus c. vlti. de offic. ordm.
6. Voluntaria iuris dictio, an delegari valeat?
7. Vicarius Episcopi, an possit conferre beneficia ecclesiastica ex generali com-
 missioni.

8. Iurisdictione voluntaria an possit extra territorium exerceri? Et inibi intellect.
9. Episcopi Roma habitantes non possunt in eadem vrbe beneficia ecclesiastica
 conferre.
10. Delegatus ad ea, quae principi reueruata sunt, non potest subdelegare. num. 52.
11. Delegatus legatus Cardinalis a latere Romani Pontificis designatus, non potest
 subdelegare.

In iurisdictionis delegade tractatu plura tradi solent, que
 summa contentione difficilem examinatione, ad disce-
 pationem habent. e quibus ad quarundam decisionum faci-
 liorem intellectum aliquot compendio quodam attinga,
 que iuris Pontificii constitutionibus maxime continere
 videntur: quibus praemittendū est, quonam modo distin-
 guantur ea, quae sunt meri imperii ab his, quae misti esse ce-
 lentur: & rursus quod discrimen sit inter hec, & ea quae sunt
 simplicis iurisdictionis: qua in re non admodum conten-
 tiosus ero, etiam si videam satis dubios, & difficiles esse Bar-
 tol. definitiones: quia he frequentiori interpretum calculo
 receptae haecenus fuere in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium
 iud. & in cap. quod sede. de offic. ord. quo in loco And. Alciat. 5. Not.
 post alios, quorum ipse meminit Paulus a Monte Pico, &
 Iuniores quidam, praesertim Longouallius in dicta l. imperium,
 communes definitiones reprobare validis rationibus con-
 tantur vere contententes, merum imperium, item mistū,
 & iurisdictionem simplicem a Iuriscultorum congrue distin-
 gunt in d. l. imperium. cui addenda est Regia l. 18. tit. 4. part. 3. Ho-
 rum sane controuersam disputationem missam facimus,
 illud tantum tractaturi, an sit in hac materia inter ius Pon-
 tificium & Caesarem aliquod discrimen. Nam etia si concedamus
 ea quae sunt misti imperii minime esse delegabilia,
 quod validissimis Iuriscultorum autoritatibus euertere
 contendunt Fulg. in l. 1. ff. de offic. eius cui est mandata iurisdic.
 Alciat. in d. cap. quod sedem. num. 69. Longouallius in d. l. imperium,
 foli. 65. §. venio ad tertium articulum. communem improbant
 sententiam, quia iam diu obtentum est, non tantum ea, quae
 meri sunt imperii esse indelegabilia. d. l. 1. in princ. nemo potest
 gladii. ff. de regl. iur. l. soler. ff. de offic. procons. & legat. in quo nulla fe-
 re est controuersia: sed & ea, quae sunt misti imperii: idque
 ex eadem prima, adnotatum est, & a Doctor. ibi aduersus
 Fulgonium aliis rationibus, & responsis maximo conatu
 defensum: attamen id verum est iure Caesareo: siquidem iure
 Canonico causae meri & misti imperii delegari possunt:
 vnde Archiepiscopi, Episcopi, & alii iudices ecclesiastici
 merum & mistum imperium habentes, poterant illa alteri
 committere & delegare: sicut asserunt gloss. in c. in Archiepiscopatu
 de raptoribus. gloss. in d. c. quod sedem. item gloss. in d. c. peruenit. 94.
 disticti. quorum sententiam communem esse fatentur Pa-
 normit. Imola & Alciat. nu. 76. in d. c. quod sedem. & Iuniores in
 d. l. 1. praesertim Curt. lun. num. 20. Alexand. lat. Perp. para. num.
 492. & Iacob. de Nigris colum. 13. Hinc opinioni primū suf-
 fragatur text. in d. c. in Archiepiscopatu. t. vbi inferior a principe
 & ordinarius iudex, qualis erat Rex Siciliae, causas crimina-
 les, quae ad merū imperiū pertinebant, omnino delegauit. Sed
 profecto pluribus rationibus parū vrget ille textus. Etenim
 quamuis Rex Siciliae subditus sit Romano Pontifici, Clem. pa-
 storalis. de re iud. Rex tamen & verus Princeps est: habens ea
 omnia iura, quae principibus iurē conueniunt, & eis specia-
 li priuilegio referuntur: agnoscit etenim Romanum Pon-
 tificem iure feudi, & in recognitionem supremę potesta-
 tis ipse nihilominus omnem & integram iurisdictionem
 in regno habet, & eam exercet & exequitur: nec tenetur
 appellationem admittere a propriis eius sententiis; notat
 Bald. in tit. que sint regalia. cap. 1. in fin. colliguntur & alia, quae
 hunc intellectum manifestissime probant ex Matth. Afflicet
 quaest. 2. & 3. praefationis constitut. Neapolitan. vnde sicut ipse Sici-
 liae Rex potest alicui nobili merum imperium sibi compe-
 tens in aliqua vrbe concedere, vt id perpetuo iure feudi ha-
 beat: ita poterit & meri imperii ac misti causas delegare,
 deinde ea delegatio, cuius meminit ille tex. fieri iure potuit
 quemadmodum & inferior a Principe iudex ordinarius ex
 causa potest ea, quae sunt meri & misti imperii, delegare,
 l. 1. in princ. ff. de offic. eius. tex. in authent. de collator. §. ad hec. & in d.
 cap. quod sedem. Quae autem obsecro maior causa ad hec dele-
 ganda esse, aut contingere potest, quam quod Siciliae Rex
 minime valet ipsemet ea expedire, quae pertinent ad a-
 nimaduersionem scelerum tot negotiis alioqui ad Rei-
 publicae utilitatem impeditis: & maxime quod in d. cap. in
 Archiepiscopatu. causa illa iustissime per Regem fuit Episco-
 pis delegata, quia quodammodo ad religionem pertine-
 bat,

